

Ann. XV.

ROMAE, Mense Februario MCMXII

Num. II.

# VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

**Semel in mense prodit**

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

Gebethner et Wolf  
apud  
Varsaviae Polonorum

Rakewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

"Kronika Rodzinna"  
apud  
Varsaviae Polonorum

Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

Burns and Oates  
apud  
Librairie Granger Frères

London W.  
28, Orchard Street.  
Montreal  
1699, Rue Notre-Dame

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuerat ac foveat

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem expiere desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XV.

ROMAE, Mense Februario MCMXII

Num. II.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

## Rerum index:

### Religionis conceptus.

Disputaciones philosophicae Modernistarum Inter et Thomistam.  
— Amor ultimi finis, seu boni in communio, est intrinseco actus naturalis, seu ex natura, licet in individuo possit esse liber.

De sonis ac poetica apud veteres Gracces.

Iudi puerorum a. ad Italos. — Rana.

Tripolis Italica.

Induratae nives in Alaska peninsula.

Ex Polonia. — De «doctrinarum Societate» Varavice condita.

Acta Pontificia. I. Constitutio Apostolica de nova Ecclesiasticae hierarchicali in Anglia ordinatione. — II. Rubricae in recitatione Divini Officii et in Missarum celebrazione servandae a lno man Constitutionis Apostolicae «Divino afflato».

Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione Indicis.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificiae electiones. — Vita fuceti viri clariores.

Annales. Bellum inter Italos atque Turcas. — Eversae res in Sinis. — Varia.

Publici per orbem coetus legibus ferendis.

Per orbem.

Librorum recensio. (R. Zozmann).

Aenigmata.

Appendix: Euplius.

Proxima «Vox Urbis» appendix.

## RELIGIONIS CONCEPTUS

Positivismi blasphema sententia fu: «Extinctis diis Deoque successit humanitas». Propter quae omnia Rationalistis quibusdam laetanter concludere placuit: «Non amplius Christiani sumus, neque Christianismus amplius existit, neque homo, si rationem sequitur, amplius credit; denique religio quelibet extincta est.» At, prohdolor! neque Positivismo, neque Rationalistis res bene cessit! Hominum studia circa Religionem aetate nostra vividius creverunt, atque formae etiam Religionis innumeræ ortae sunt. Hinc penes Positivistas atque Subiectivismi addictos in Libris atque Ephemeridibus de Religione tractantibus, denominaciones huiusmodi habentur: «Religio medici, Religio laici, Religio spiritus, cultus, progressus, sensus, pugnae, libertatis, timoris, amoris, experientiae, lucis, sapientis, quaerentis Deum, filiorum Dei, Humanitatis, Religiones spiritus et auctoritatis, Religio Atheismi, Deismi, Liberalismi, negationis Dei.» (1) Haec omnia vel ex religionis ignorantia, vel ex animi protervia, vel ex impietate dicta esse, neminem latet. Perutile igitur ducimus Religionis genuinum conceptum firmiter stabilire ac sobrie illustrare.

Recensisit ideo Religionis conceptibus, qui penes Positivistas atque Subiectivismi fautores, neconon Modernistas vigent, catholicum Religionis conceptum, Angelico Praeceptore duce, trademus.

\*\*

Penes Positivistas infimae notae, Religio est: «Illusio quaedam, illusionum medicina, suis ipsius deceptio, populorum ruina, periculum pro humani intellectus sanitate, crimen et venenum quoddam, quaedam hominis factura, sensus quidam intimus hominis qui sibi ipsi

(1) Cfr. WEISS *Die Religiöse Gefahr*, IV, 51, 52; IV, 59.

Deos fingit, vera humanae naturae magia, quaedam phantasiae creatio, quidam gradus egoismi altissimus, quaedam proprii *Ego* divinatio et veneratio, quaedam personalis elevatio *Ego* humani ad Deum ignotum et incomprehensibile, (1) ita ut iuxta Subiectivismi placa, Religio definienda sit: «Quaedam sensum atque religiosarum inclinationum manifestatio, in qua nulla revelatio, nullum dogma, nullaque habetur auctoritas, immo dogmata et revelatio vel non substantialia religioni sint, vel causa erroris, auctoritas vero, eiusdem sit impedimentum».

Nobilis de religione ipsa tenent atque sentiunt quidam Subiectivismi fautores. Pro istis, religio cogitationibus, actionibus, hominisque sensibus scopum ac directionem assignat; non est sola theoria, sed vita; est quaedam personalis et viva manifestatio eorum quae formam altissimam humanae activitatis esse existimantur; est fides quaedam in res sensibus subiectisque finitis superioribus; est manifestatio actionum quarundam religiosarum, quae religiosae commotionis symbola signaque sunt; est conscientia quaedam divini, illiusque elementa divino quod in homine existit respondent; est res ab hominis intellectu comprehensa, manifestatio externa rationalis commotionis; est fides in divinum; est indissolubilis unio intellectus, sensus ac voluntatis; est vita quaedam, credere quoddam, ritus quidam. (2)

Religio, existimant alii, est «sensus absolutus independentiae nostrae; est desiderium quod per orationem, sacrificium ac fidem manifestatur; est sensus nostrorum obligationum, quae in divinis praecepsis fundantur, est facultas spiritualis, quae a sensibus neconon ab intellectu independens, reddit hominem ad infinitum percipiendum aptum; est problema quoddam, non axioma

(1) Cf. *Revue de l'histoire des religions* XXXI, 67 — CASSON, *The crime of credulity* (Literary Guide 1901, 102. WEISS in I. c. I, 16, 17).

(2) WATSON, *The Philosophical Basis of Religion*, Lecture first.

## EUPLIUS

(15)

*Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.*

## SCENA VI.

POPULARES CHRISTIANI (*adspicientes ad partem qua actus est Euplius*).

POP. I.

Accedit carnifex, praeparat gla ium!

POP. II.

Quod circa sacrum populi silentium!

POP. III.

Super stat ipse suggesto, vult alloqui....  
Urbis Praefectus, indignanter, prohibet...  
Levat caput, manus, precatur tacitus.  
Eius crux fuit sanitas civium!...

POP. II.

Hic esto, Chri te, princeps et praesidum.  
Omnesque cives adorant Te in posterum (*pausat*).

## SCENA VI.

VOLUSIUS. (*Sed ill moesto adspectu*).Occidit placidus vir hic sanctissimus!  
Amator pertinax recti propositi!  
Quid ipsi si Deus forte Christus foret?  
Quid nisi? Si tantos viros potest gignere?  
Oh! si mihi tandem lumen splendesceret!  
Adhuc quod nitor veritatem pellere?  
Ad te confugio contentus pectora,  
Colo Te, veneror, Christe, Te fateor  
Solum qui mundum redemisti sanguine.  
*(flexis genibus adorat).*  
At ecce Maximus redit. Qua spe ie!  
Hunc forte rodet conscientiae stimulus;  
Instans nam perculit tot modis pes imis.

## SCENA VIII.

MAXIMUS,

*(mutato cultu ingreditur) et DICTI. Dsinde CALVISTANUS.*

MAXIMUS.

Et ipse mortuus! Tamen qua laetitia!  
Non ullus questus, nulla trepidatio!  
Ut olim dicitur Christus ad Golgotham,  
Meis ignoscens fervidus sceleribus,  
Dicens: *Iesu, meo da veniam populo!*  
Cur autem crucior? Quod nuper petui  
Evenit tandem! Magna vis pecuniae  
Velut flumen currit quod naturaliter,  
Meas in ulnas deveniet proxime.  
Serpit sed terror qui per ossa gelidus?  
Timor meorum qui me turbat criminum?  
Novisti Christum? Reliquisti, perfide!  
Quod nam disserunt Christi cum discipulo  
Magistrum tradidit qui pro pecunia?  
Erat tibi pater... Duxisti ad iudicem...  
Ut Indas admodum magistrum tradidi!  
Huius me turbat in ictum proximum...  
Meo nullum datur perfugium sceleri,  
Manent sed aeternae me poenae ad inferos.  
O Calvisiane! Quae me dementia  
Traxit ut comes essem tibi criminis?  
Quid fecerim sentio! Flamma velut crux  
Per membra serpi, iecur lacerat, viscera,  
Ad imos talos heu! sudore diffuso!  
Suo me nemesis castigat fulmine! (1)

VOLUSIUS.

Vide qua morte perire! Rebellis, impius!  
Venit suus comes, flagitii socius!

CALVISTANUS.

Quo vadam nescio. Videro videor  
Occisi effigiem vagari ante oculos

(1) Post hanc, statu foliacea tactus, stabili immobili, dura ingreditur Calvistanus.

Mihi turbatis communiarier vultibus.  
Miser, quid egli? Ehu! quot in me umbreculae  
Vagantur circum, me verbis terrant.  
Euplius adest prior! diffusus sanguine  
Indutus at veste, corona candida.  
Miser, quid egli? Servet quis incolumem?  
Quid est? Hie Maximus percut'sus fulmine!  
Luit poenam suo condi'nam criminis.  
Quis me salvet?

VOLUSIUS.

*(Ad stantes versus).*Jesus Christus! si crederes. (1)  
Ei sit virtus, decus, honor per saecula!...  
Sum Christianus! Christum veneror et colo,  
Quem nobis Euplius fassus est sanguine!OMNES (*Alternativum*).Regnet Deus, eunctis dominetur gentibus,  
Dedit qui martyri triumphi gloriam!

LICENTIA. (2)

Iam sanctus Euplius corona cingitur,  
Acceptus inter caelestium gloriam.  
Sanctus recreatur *vero volumine*,  
Aeternis aureis descripto litteris.  
Luit quoque poenam quae sitam scelere  
Infelix Maximus! Colunt et Catani  
Iesum! Volusius fratres et pauperes  
Suis solatur verbis et divitiis.  
Ridet muneribus divinis Catana,  
Extollit laudibus meritis martyrem,  
Fuit qui semen Christiani germinis.  
Nos ri actitabant qui latinam fabulam,  
Exprotam a libris reddit quoq; historia,  
Et totis nervis, qua par est mod stia,  
Aggi vobis volunt, spectatores, gratias,  
Multi qui meritis estis et numero!  
Si in actitando forte nos peccavimus,  
Docti cognoscite, comes ignosci.  
Si delectavimus, plausum date.  
Deus vos conseruet semper incolumes!

FINIS.

*(1) Calvistanus adstat aliquantis per ansae et postea maxima poena confectus introreditur.**(2) Erit etiam qui PROLOGUS.*

## PROXIMA "VOCIS URBIS" APPENDIX

Iohannes Baptista Francesia, qua facundia pollet, novam  
scenicam actionem ad nos misit, appendicis modo in "Voce  
Urbis" vulgandum, quam inscripsit

## AD PILATUM

cuiusque personae (peculiare id, imo in re Latina unicum)  
a solis mulieribus geruntur.Antequam vero eius editionem aggrediamur, pluribus so-  
ciis morem gerentes, qui frusta iamiam requisiverant, ite-  
rum vulgabimus Sienkiewicil fabulam, cui titulus

## ANTHEA

SIVE

## EAMUS AD IPSUM.

Eam, prouti certe lectores recordantur qui ab incuna-  
bulis nobiscum fuere, pro nobis venustissime, quemadmodum  
solebat, latine reddidit Petrus Angelinus, magister ille  
desideratissimus, paucis tantum abhinc mensibus e vivis  
eruptus.

## SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum

per Italiam omnem, tum apud exterhas gentes, quo facilius satisfaceret

pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et

lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollici-

tationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens

instituit

## OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud

Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in com-

modum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime

possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensa-

rum solutionem, regalium placitorum expeditionem, reddituum conver-

sionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum,

docendi facultatem, etc.

## PRO OMNIBUS

## DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

= = = = = = = =

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA = = = =  
JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Martio MCMXII

Num. III.

# VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud  
**Gebethner et Wolf**

Varsavia Polonorum  
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud  
**"Kronika Rodzinna"**

Varsavia Polonorum  
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud  
**Burns and Oates**

London W.  
28, Orchard Street.

apud  
**Librairie Granger Frères**

Montreal  
1699, Rue Notre-Dame